DISPUTATIO INAUGURALIS DE FELONIA, QUAM DECRETO & AUTORITATE...

Michael Lederer, Friedrich Tuncel, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

In nomine Domini noſtri Jesu Chriſti.

Thesis I.

FElonia, (a) ob quam Vaſallus feudo privatur, (b) conſiſtit vel in committendo vel in omittendo, (c) Et illa perpetratur vel in ipſum dominum directò, (d) aut per conſequentiam, (e) vel in extraneum. (f)

(*a*) Hoc nomine culpa, ob quam Vaſallus feudum amittit, jure feudali appellatur, *c. unic. §. domino, tit. 26. lib. 2. F. c. un. tit. 38. lib. 2. F. c. un. tit. 47. lib 2. F. Zaſ. in Epitom. feud. p. 3. n. 2.* Dicta vel à perfectò verbi fallo, *Joh. Raynandus in cap. Imperialem §. firmiter, verſ. praeterea. de probib. feud. alien. per Frider.* vel à Græco φήλωσις ſeu φήλωμα, quod fraudem, culpam, vel imposturam ſignificat, Cujac. *lib. 1. tit. 2. in pr. pag. 49.* Jacob. Kleiſ. *decad. 4. concluſ. feudal. concl. 8. & 9.* Borch. *de feud. cap. 2. n. 17.* vel à Germanico Felligkeit/ quod caducitatem ſignificat. Walt. *lib. 2. miſcell. cap. 41.* (*b*) Non quidem ipſo jure, ſed per ſententiam judicis, de cauſa atq; delicto cognoſcentis, reumq; vaſallum condemnantis. *tit. 21. lib. 1. F.* Rittersh. *lib. 2. part. feud. cap. 6 quaeſt. 15.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 11. n. 59.* Duar. *de feud. c. 15. n. 4.* Weſenb. *cap. 15. n. 9.* (c) *Tit. 17. ibi*: vel ſimiles culpas commiſerit. *lib. 1. F. tit. 24. §. deniq;, ibi*: quid grave commiſerit, *item ibi*: vel aliud grave crimen commiſerit, *lib. 2. F. tit. 5. in pr. verſ. 1. ibi*: in praelio dimiſerit. *tit. 17. ibi*: ſeniores in bello dimiſerit. *tit. 21. in fin. ibi*: in pugna ſuum Dominum dimiſerit, & cum

eo non laboraverit, *lib.1.F.& tit.24.§.item qui dominum,& §.ſeq. lib. 2.F. vid. th.9. & 10.* Cauſæ autem ob quas Vaſallus feudo privatur, certa regula non comprehenduntur; natura ſubinde novas formas edere properante, ideoq; judicis arbitrio illæ definiendæ committuntur; *tit.24.§ ſed quia natum. lib.2.F.* Nos præcipuas, præſertim verò à compilatorib. juris feudalis relatas, quantum temporis anguſtia, præter ſpem magis coarctata, permittit, explicabimus. (d) *vid.th.2.3.& 4.* (e) *vid.th.5.6.& 7.* (f) *vid.th.8.*

II.

In Dominum committitur Felonia directò, ſi Vaſallus necem Seniori adferat; (a) ſi eum injuria reali (b) aut verbali afficiat, (c) ſi cum hoſtibus Domini amicitiam contrahat. (d)

(a) *argum.§. porrò, tit.24.lib.2.F.* ubi Vaſallus feudum amittere dicitur, ſi dominum hoſtiliter aſſilierit, ergo multo magis ſi eum è medio ſuſtulerit; Rittersh. *part. feud. lib.2.cap.5. quæſt.5.* Quod limitatur quando Vaſallus, cum adverſus vim Domini injuſtam aliter ſe tueri nequeat, eum occidat, *per l.3. ff. de Juſt.& Jur. l.2.& 3. C.ad L.Corn. de ſicar.* Schrad. *in tract. feud. p.9.c.4.n.54.* Rittersh. *d.c.5.quæſt.7.* Item, ſi Dominum in adulterio uxoris ſuæ deprehenſum interfecerit. Schrad. *d. c. 4 n.92.* Rittersh. *d.c.5.quæſt.8.* Privatur etiam feudo Vaſallus ſi inſidias vitæ Domini ſtruxerit, etiamſi mors non fuerit ſubſecuta; *tit.5. §. ſimiliter. lib.1. F. tit.17.§. ſcienter.& tit.24.§. porrò lib. 2.F.* Schr. *d.p.9.c.4.n.47.* Rittersh. *d.c.5. quæſt.5.* Vultej. *in tract. Feud. lib.1. cap.11.n.20.* Schneudw. *in Epitom. feud.p.8.n.155.* Zaſ. *part. 10. n. 37. in fin. cum ſeqq.* Non tamen feudum amittit, ſi de nece Domini tantum cogitaverit, ſed à propoſito, pœnitentia ductus, deſtiterit; nemo enim cogitationis pœnam patitur, *l.18. ff. de pœnis. tit 51.§. ſi voluerit. lib.2. F. Ibidemq; Hotom.* Rittersh. *d. qu. 5. & ſeqq.* Sonsb. *p.1. c.12.n.38.* (b) veluti ſi Dominum pulſet, aut vulneret, aut vulnerare, pulſareve, inſidias ei clandeſtinas aut manifeſtas ſtruendo, aut aſſiliendo intendat; *tit.6. verſ. inco-*

incolume, tit. 7. verſ. ego juro, tit. 24. §. porrò, tit. 31. §. ſi voluerit, tit. 57. lib. 2. F. tit. 5. §. ſimiliter ſi dominum & tit. 17. ibi, ſi ſcienter ſeniores aſſilierint lib 1. F. Borch. *de feud. cap. 8. n. 110.* Rittersh. *d. lib. 2. cap. 5 quæſt. 9.* Schneidw. *p. 8. n. 92. & ſeqq.* (c) *d. tit. 6. 7. & 24. lib. 2. F.* Vultej *de feud. lib. 1 cap. 11. n. 26.* Rittersh. *d. cap. 5. quæſt. 10.* Schneidw. *d. p. 8. n. 98.* Zaſ. *p. 10. n. 38.* Roſenth. *in Synopſ. feud. cap. 10. concl. 21.* Quod obtinere dicunt, ſi graves & inhoneſtæ injuriæ fuerint. Nam ob injuriam leviorem Vaſallum non privari feudo, *docet Matth. de Afflict. in c. 1. §. præterea n. 13. quæ fuit prim. cauſ. Mozz. ex quib. cauſ. feud. amitt. n 26.* (d) *tit. 57. lib. 2. F.* Bald. Salic. & Jaſon. *in l. liberi C. de inoff. teſtam.* Weſenb. *de feud. cap. 18 n. 5.* Borch *cap. 8. n. 121.* Sonsbec. *p. 12 n. 43.* Zaſ. *part. 10. n. 32.* Schneidw. *p. 8. n. 55.* Vultej. *lib. 1. de feud. c. 11. n. 26.* Quod tamen verum eſt, ſi ex amicitia illa contracta Dominus damnum aliquod ſentiat, Zaſ. *p. 10. n. 32.* Schneidw. *p. 8. n. 54.* Sonsb. *p. 12. n. 43.* Borch. *cap. 8. n. 121.* Rittersh. *d. c. 5. quæſt. 12.* Roſenth. *c. 10. concl. 27.* Clar. *in §. feudum q. 54.* Vultej. *d. c. 11. n. 29.* Si enim bona fide absq; fraude Domini amicitia illa fuerit inita, Vaſallus non puniendus; cujus rei probatio in dubio incumbet Vaſallo, ac pro Domino militabit præſumptio. Zaſ. *d. n. 32.* Rittersh. *d. quæſt. 12.* Schneidw. *d. p. 8. n. 59.*

III.

Item; ſi ſenioris delator exiſtat, (a) eum de crimine capitali accuſet, (b) aut famoſa actione Dominum pulſet (c) vel adverſus eum in cauſa criminali vel civili modica teſtimonium dicat, (d)

(a) Et per delationem Domino grave diſpendium afferat, *tit. 24. §. item ſi delator. lib. 2. F.* Borch. *d. c. 8. n. 112.* Sonsbec. *p. 12. n. 46.* Duaren. *de feud. cap. 14. n. 13.* Weſenbec. *de feud. c. 15. n. 5.* Schneidw. *d. p. 8. n. 73.* Rittersh. *part. feud. lib. 2. cap. 5. qu. 19.* (b) *arg. l. 10. ff. de jur. patron. l. 14. §. 15. demum ff. eod.* Zaſ. *d. p. 10. n. 40.* Nec veritas criminis accuſatorem excuſat. Duaren. *d. cap. 14. n. 14.* Curt. jun. *p. 4. n. 62.* Rittersh. *d. c. 5. qu. 14. & ſeq.*

Sonsb.*p.12.n.48.* Niſi injuriam ſibi ſuisq; illatam Vaſallus perſequatur, aut impetrata abolitione de accuſatione deſiſtat, aut, de crimine læſæ Majeſtatis Dominum accuſet. Zaſ. *d.p.10. n. 47.* Weſenb. *de feud. c. 15.n.5.* Rittersh. *d.c.5.quæſt.16.* Vultej. *d. cap. 11.n.27.* (c) *l. 11. §.1.ff.de dolo mal. l.4.§. adverſus ff. de doli mal. except. l. 2. l. 5. de obſeq. par. & Patron. praſt.l.4 C.eod.* In quib. textib. dicitur, libertum non poſſe patronum ſuum famoſa actione convenire: Hic autem eadem militat ratio; quia talis actio famam & exiſtimationem ſuggillat, & reverentiam ſeniori debitam lædit. Vultej. *d cap.11 n.27.* Rittersh. *d.cap.5.q.25.* Sonsb.*p 11.n.49.* Roſenth *in Synopſ.feud. cap.10. concl. 23. num. 1.* Schrad.*p.6.cap.7.num. 15.* Weſenb. *de feud. c. 9. & 10 n.15.* Petrus de Bella Pertica *in tract.feud.c. 9 n.16.* (d) *tit.33. verſ. ſimiliter, lib.2. F. l.4. ff. de teſtib.* Weſenb. *c. 15.n. 5.* Sonsb.*p. 12. n. 68.* Zaſ.*p.10.n.50.* Borch. *de feud. c. 8.n.128.* Duar. *c.14 n. 15.* Mozz. *ex quib. cauſ feud. amitt.n.32.* Vultej. *d c.11.n.27. Diff. quo ad cauſam modicam poſt Cujac. in d. §. ſimiliter,* Rittersh. *d.c.5.quæſt.17.* Excuſari tamen Vaſallum, ſi à judice ullas excuſationes non attendente teſtimonium dicere pertractus fuerit, verius videtur, Borch. *c. 8.n. 128. ubi,* ſe in facti contingentia aliquoties vidiſſe ſervari, *teſtatur.* Zaſ.*part. 10.n 49.* Sonsb.*p.12.n.68.* Roſenth *c.10. concl.34.* Mozz. *ex quib. cauſ. feud. amitt.n.32* Vultej *d.c.11 n.27.* Excipitur item cauſa feudalis, in qua adverſus Dominum teſtari Vaſallus non prohibetur *tit. 32. & tit. 33. §. quod autem dictum lib. 2.F.*Zaſ. *d.n.49.* Rittersh.*d.c.11.quæſt.18.*

IV.

Si Vaſallus adverſus Dominum in gravi cauſa malè judicet, & ſententia ex iiſdem actis in cauſa appellationis reſcindatur (*a*) ſi arcana Domini dolo malo revelet, (*b*) Item ſi ſeniorem ſuum aut feudum ipſum abneget. (*c*)

(*a*) Non item ſi in cauſa appellationis novæ probationes à Domino fuerint petitæ; Curt. Jun. *p. 4.num.71.* Blanc. 2. *feud.*

feud. 1. n. 57. Zaſ. *p. 10. n. 47.* Roſenth. *c. 10. concl. 39.* ubi poſt alios hoc ita demum verum eſſe exiſtimat, ſi cauſa ſit magna, & deregatur Vaſallum dolo aut lata culpa iniquam tuliſſe ſententiam. Mozz. *ex quib. cauſ. feud. amitt. n. 34.* (b) *tit. 17. lib. 1. F.* Monet tamen Weſenbecius *in c. 15. n. 6. de feud.* tria deſiderari, ut ex hac cauſa feudum amittatur: 1. ut Vaſallus id fecerit ſcienter & dolo malo. 2. ut id fecerit animo afficiendi dominum damno. 3. ut revera damnum inde ſit ſecutum, quod tertium requiſitum, neceſſarium non eſſe, verius videtur. *vid. Cravet. conſ 224. n. 6.* Jaſ. *vol. 3. conſ. 87. & 89.* Zaſ. *pag. 10. n. 34. & ſeq.* Sonsbec. *p. 12. n. 62.* Roſenth. *c. 10. concluſ. 69.* Borch. *c. 8. n. 126.* Rittersh *d. c. 5. num. 22.* Schrad. *p 9. c. 5. n. 52.* Quod ſi controverſia incidat de dolo Vaſalli in hac revelatione, ipſe probare debet malitioſè à ſe ſecreta non eſſe revelata. Zaſ. *p. 10 num. 35.* Mozz. *ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 36 & 37.* Rol. à Vall. *vol. 3. conſ. 1 n 89.* Vultej. *d. c. 11. n. 22.* (c) *t. 26. §. Vaſal. ſi feudũ & §. Vaſallus feudũ, tit. 34. §. fin. lib. 2. F.* Sonsb. *p. 12. n. 63.* Borch. *c. 8. n. 115.* Roſenth. *c. 10. concl. 79.* Mozz. *ex quib. cauſ feud amitt. n. 74.* Molin. *in conſuetud Pariſ. § 30. quæſt. 1. n. 5. & 6.* Burſat. *vol. 1. Conſil. 49. num. 17.* Cacheran. *deciſ. Ped. 29. n. 10. 19. & ſeq.* Schneidw. *p. 8. n. 39.* Nec refert, an judicialis, an extrajudicialis fuerit abnegatio, Duaren. *de feud. c. 14. n. 23.* Rittershuſ. *in partit. feud. d. c. 5 quæſt. 29.* Quod ſi pars aliqua feudi negetur, parte illa Vaſallum ſaltem privari, æquius videtur. *argum. tit. 38. lib. 2. F.* cum & aliàs pœna non ulterius progrediatur, quam reperitur delictum *l. ſancimus ff. de pæn. l. 43. §. Julius ff. de Vulg. & pup. ſub.* Borch. *d. c. 8. n. 115.* Rittersh. *d. c. 5. quæſt 35.* Vaſallus tamen, ſi poſt inficiationem factam ſeſe Domino ſubmittat paratus, feudum ſecundum petitionem Domini ab ipſo recognoſcere, contumaciam ſuam purgare poteſt: modo Domino refundat expenſas litis, & reſarciat damnum, quod ob inficiationem Dominus paſſus eſt. Et ſic communiter tradere feudiſtas teſtatur Vultejus *de feud. lib. 1. c. 11. n. 28.*

V.

Per conſequentiam in Dominum committitur felonia, ſi Vaſallus cum uxore Domini adulterium perfecerit, (a) aut ejus ſponſæ ſtuprum intulerit. (b)

(*a*) Vaſallus, qui Domini uxorem, filiam neptem, vel ſororem vitiat, eum cucurbitare dicitur, ejus vocis originem, Hotomannus *in ſuo Lexico feud. in verb. cucurbitare*, deducit à voce corbita, quæ in legibus Longobardicis uſurpatur pro ſtupro & infamia, indeq; cucurbitam dictum uxoris ſuæ adulterio infamem. *vid.* Rittersh. *part. feud. lib.2.c.5 quæſt. 38.* Quia igitur Vaſallus facit contra honeſtatem, & ita contra unam ex clauſulis jurisjurandi fidelitatis, ut deinceps non poſſit honeſte ſtare in curia Domini, ejq; miniſtrare, quando Dominum cucurbitaverit, meritò feudo privatur; Et quidem quo ad adulteriũ cum uxore Domini commiſſum, textus eſt *in tit.5. §. Item ſi fidelis. tit. 21.§.1. lib.1. F.* Duar. *de feud. cap. 14. n. 11.* Sonsbec. *p 12. n. 16.* Borch. *c.8. n.91.* Vultej. *de feud. lib.1. c.11. n.31.* Idem obtinet, ſi cum uxore concumbere ſe exercuerit, *d. tit.5. lib.1. F.* i.e. adulterium attentaverit, conando ad proximum actum proveniendo. Zaſ. *p.10. n.24.* Sonsb. *d. n.16.* Borch. *d. n.91.* Vel cum uxore turpiter luſerit. *d. tit.5. lib. 1. F.* quem luſum interpretantur manuum in ſinum immiſſionem aut ad pectus ejus, aut ad alium locum, unde turpe eſſe poſſit. *poſt Hotoman.* Cujac. Sonsb. *&* Mozz. Vultej. *d. n. 31.* turpis luſus exemplum etiam in oſculo ponitur à Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. caſ. 267.* Borch. *d. c.8. n.28.* Roſenth. *c.10. concl. 54.* (b) Zaſ. *p 10. n.27.* Schrader. *p. 6. cap. 2. n.12. cum ſeqq.* ubi plures allegat. Weſenb. *c.15. n.5.* Sonsbec. *p.12. n. 18.* Blanc. *2. feud. 1. n.65.* Roſenth. *c. 10. concl. 55.* Vultej. *d. c.11. n.31.* Rittershuſ. *d. cap.5. quæſt.102.* Sponſa enim, propter ſpem matrimonii, quam violare non licet, uxori æquiparatur. *per. l. ſi qua mihi 12. §. 1. & 2. ff. de rit. nupt. §. ſi uxor. Inſtit. de Nupt.* Hic ſponſus ſtupratorem ſponſæ jure mariti accuſare poteſt *l. ſi uxor. 13. §. Divi. 3. ff. ad L. Jul. de Adult.*

l. pro-

l.propter violatam 7. C.eod. Hinc ſponſus illatam injuriam ſponſæ vindicare poteſt, *l.item apud 15.§.ſponſum 24.ff. de Injur.* Et in ſponſam adulterium committi verior eſt ſententia, *per d.l.13.§.3.ff. ad L.Jul.de adulter.*Cujac.*lib.6,obſerv,cap.16.*Jul.Clar.*lib.5.ſentent.§.adulterium,n.8.*Farinac.*in prax,crim.p.4.tit.16.quaſt.141.n.50.*Schrad.*d.p.9.c.2.n.12.* Quod ſi Vaſallus viduam Domini ſtupraverit, feudum non amittit,*per text,in c.1.in fin.lib.1.F, ibi: ſi concubuerit cum uxore domini ſui, domino vivente.* Et hæc ſententia in jure verior videtur Bald.*in d.cap.1.§.fin.*Lorin.*vol.3.c.3. n.7.* Cravetta. *Conſ. 205.n.24.*Molin.*in conſuet.Pariſ.§.30.quaſt.38.* Vultej.*d.n. 31.* Diſſ. Schradet.*p.9.c.2.n.5.* Sonsb.*p.12.n.16.*Zaſ.*p.10.concl.27.* Quorum ſententia obtinebit in eo caſu, quando Vaſallus intra luctus tempora Domini viduam vitiat. Rol.à Valle *vol 2.conſ.86,n.40. & 47.* Mollin.*d.§.30. nu.143.* Quia maſculus intra luctus tempus cum vidua concumbens, occaſionem præbet turbando ſanguini defuncti mariti,*l.liberorum,11.§.1.in fin.ff.de hu qui not.infam.*

VI.

Si filiam Senioris, neptemve vel nurum vitiarit, (*a*)aut cum matre Domini ſui (*b*)aut cum ſorore ejus, quæ adhuc in domo ipſius eſt, (*c*) aut cum pediſſequa illius rem habuerit. (*d*)

(*a*)*tit.5.lib.1.F.*Zaſ.*p.10.n.24.*Weſenbec.*d.c.15.n.5.* Borch.*c.8.n.9.*Duar.*c.14.n.11.* Sonsb.*p.12.n.26.* Vultej. *d.c.11. nu. 31. verſ. ſed non.* Roſenth. *c.10. concl. 27.* Idem obtinet ſi Vaſallus cum filia Dominæ, à qua feudum poſſidet, concubuerit, *tit.24.lib.2. F.ibi, Rurſus ſi domini vel dominæ.* Feudum quoque perdit Vaſallus, ſi, ut cum illis concumberet, ſe exercuerit ſaltem, *per text. in tit.6. verſ. honeſtum. & tit.ſeq. §.pen. in fin. ibi: ad tuam vel tuorum injuriam vel contumeliam lib.2. F.* Curt.Jun. *in tract.feud.p.4. n.25. verſic: Secunda cadit dubitatio.*Blanc.*2.Feud,1.nu.67.* Weſenb. *cap.15.nu.5.* Diſſ. Bald.*ad tit.5.lib.1.F.*Sonsb.*d.p.12.n.31.* (*b*) quod quidem nullo juris feudalis textu probatur, ex eo tamen probabile eſt, quod eadem reverentia matri, quæ conjugi debetur: *argum. Nov.105. cap. 2. & l.quoties, fin.in pr.C.de privileg.Scholar.*Schrad.*d.p.9.c.2.num.16.* Mo-

ſuſ. d. §. 30. num. 141. Roſenth. d. concl. 27. nu. 25. Vult. d. nu. 31. Diſſ. Sonsb d. p. 12. n. 19. (c) d. tit. 5. lib. 1. F. tit. 24. §. rurſus, lib. 2. F. modo ſit in domo domini, id eſt, familia ejus, in qua manere intelligitur, quamdiu eſt in capillo, hoc eſt innupta. Hoc enim, capillis nudis & non velatis incedere, Germanis olim ſignum virginitatis fuit, & in pleriſque locis adhuc hodiè eſt. Roſenth. in ſynopſ. feud. cap. 10. concl. 27. nu. 30. Quod ſi nupta fuerit, tunc injuria potius in familiam mariti, quam in paternam redundare videtur, Roſenth. d. concl. 27. num. 31. Vultej. d. nu. 31. (d) Quia per hoc Domini uxor injuria afficitur, l. item. 15. §. tenetur. 19. cum ſeqq. ff. de injur. injuria autem uxori Domini illata ipſi Domino facta intelligitur. §. patitur. Inſt. de Injur. Sanè hoc ipſo Vaſallus facit contra honeſtatem Dominæ, quam ſartam tectam ſe conſervaturum in jurejurando fidelitatis promiſit. Rittershuſ. d. concl. 27. n. 40. Non ſolum autem Vaſallus feudo privatur, ſi cuidam ex prædictis perſonis nolenti, & invitæ vitium intulerit, ſed & ſi volenti id fecerit. per l. 1. §. uſquè adeo 5. & l. ſi quis ſervum. 26. ff. de injur. Schrad. d. p. 9. cap. 2. num. 19. Zaſ. p. 10. num. 27. Blanc. 2. feud. 1. num. 66. Curt. Jun. part. 4. num. 20. Sonsb. p. 12. nu. 16. Vultej. d. num. 31. verſ. cæterum. Roſenth. d. concl. 27. num. 46. ubi ſub lit. r r. plures allegantur. Excipiunt nonnulli feudiſtarum hîc caſum illum quando prædictæ perſonæ inhoneſtè vivunt, & corpore pro more meretricio quæſtum quærunt; quod in meretrice neque ſtupri neque adulterii crimen committatur, l. ſi ea 22. l. quæ adulterium 29. C. ad L. Jul. de Adulter. De qua reſtrictione meritò dubitamus. Vid. Roſenth. d. concl. 27. num. 47. Quod ſi Vaſallus fœminam, cum qua concubuit, uxorem, filiam, vel ſororem &c. Domini eſſe, ignoraverit, feudo non privatur. Curt. Jun. d. nu. 20. Zaſ. pag. 10. nu. 27. Vultej. d. c. 11. n. 31. verſ. ſane.

VII.

Committitur itidem per conſequentiam felonia, quando Domino inconſulto, dolo malo feudum alienatur, (a) aut inſigne detrimentum rei feudali infert

ſert vaſallus (*b*) aut aliis rebus ac poſſeſſionibus domini, veluti arcibus, caſtris, vicis, aut civitatibus, damnum facit (*c*).

(*a*) *c.1.tit.52.cap.1.§.callidu.tit.55.lib.2.F.item tit.24.lib.2.F.* ubi hæc ratio refertur: quod Vaſallus ſine conſenſu Domini alienando, dominum contemnere videatur, ut ita illa privatio ſit quædam quaſi ultio contumeliæ illatæ domino. Curt. Jun. *p.4.num.81.*Blanc.*2.feud.1.nu.69.* Zaſ.*p.9.num.26.*Borch.*cap.8.num.69.*Roſenth.*cap.9.concl.1.*Duar.*de Feud.cap.14.num.16.* Weſenb.*cap.11.nu.1.* Schneidw.*de feud.p.7.num.3.* Sonsb.*p.12.nu.70.* Quod ſi totum feudum alienaverit, totum perdit, ſi partem duntaxat, partem alienatam amittit, ne pœna delictum excedat. *text. in tit.38.lib.2.F.*Roſenth. *d.concluſ.1.num.1. & 2.* ubi plures allegat, & dicit: hoc verius & æquius eſſe, quamvis plerique diſſentiant, & totum amitti ob partis alienationem doceant, vel variè diſtinguant &c. vid. Vult.*de feud.lib.1.cap.11.nu.40.* Comprehendit autem hoc loco alienatio non tantum venditionem, ſed & quamvis aliam alienationem, veluti: permutationem, donationem, in dotem dationem, in Emphyteuſin conceſſionem, in ſolutum dationem, oppignorationem *d.tit.52. & 55.lib.2.F. ibi: quocunque modo diſtrahere ſeu alienare.* vid. Mynſing.*c.6.obſerv.30.* Borch. *de Feud.cap.8.nu.35.& 48.* Weſenb.*de feud.c.11.nu.3.* Vultej.*lib.1.cap.10.n.45.* Rittersh. *part. feud. lib.2.c.2.quæſt.25.* Duar.*c.12.nu.6.* Sonsbec.*p.12.n.79.* Sed an ſubinfeudatio, i. e. ejus rei, quam quis ab alio in feudum tenet, alii viciſſim facta in feudum conceſſio, etiam generali alienationis nomine comprehendatur, dubitari poteſt; cum per eam poſſeſſio feudi in ſubinfeudatum transferatur: Receptum tamen eſt, hujuſmodi ſubinfeudationem abſque conſenſu domini, ſub certis tamen conditionibus quæ à feudiſtis paſſim referuntur, licitè fieri.*tit.9.§.ſi verò.tit.26.§.beneficium; tit.34.§.ſimiliter.lib.2.F.* Curt. Jun. *p.4.nu.83.*Zaſ.*p.9.nu.15.* Duar. *c.12.n.13.* Borch.*c.8.n.49.* Vultej. *lib.1.de Feud.cap.10.nu.79. & ſeqq.*Schneidw.*de feud.p.3.nu.89.* Rittersh.*part.feud.lib.2.c.2.quæſt.12.* Sonsbec.*p.8.nu.14.* (*b*) Non igitur quælibet deterioratio hic

ſuffi-

ſufficit; ſed neceſſe eſt ut ſit magna & notabilis, ad perpetuum feudi damnum ſpectans, ipſiuſq; vaſalli culpa ſive dolo facta. *tit. 24. §. præterea. ibi: grandem jacturam; lib. 2. F.* Schrad. *p. 9. c. 6. nu. 69.* Zaſ. *p. 10. n. 54.* Sonsb. *p. 12. nu. 67.* Weſenb. *c. 15. num. 6.* Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. Caſ. 78. nu. 4.* Vultej. *lib. 1. de feud. c. 11. num. 39.* (*c*) *tit. 6. verſ. tutum & verſic. utile. tit. 7. verſ. & ſi contigerit. lib. 2. F.* Schenck Baro *ad tit. 5. lib. 1. F. nu. 1.* Sonsb. *p. 12. nu. 35.* Menoch. *lib. 1. conſ. 97. n. 29. & ſeq.* Jacobin. de S. Georg. *tract. feud. in verb. dictique Vaſalli promiſerunt. nu. 33.* Curt. Jun. *tract. feud. p. 4. nu. 32.* Zaſ. *p. 10. n. 37.* Weſenb. *c. 15. n. 5.* Vultej. *d. c. 11. n. 38.*

VIII.

In extraneum felonia committitur, ſi vaſallus crimen læſæ Majeſtatis (*a*) aut parricidium, (*b*) aut inceſtum perpetret, (*c*) aut convaſallum trucidet. (*d*)

(*a*) Matth. de Afflict. *cap. 1. §. fin. nu. 68. quib. mod. feud. amitt.* Hieronym. Gigas *in tract. de crim. læſ. Majeſt. ſub rubr. de pœna committ. crim. læſ. Majeſt. quæſt. 5.* Bald. *lib. 3. conſ. 159. n. 6.* Schrad. *in tract. feud. p. 9. c. 8. num. 18.* Schneidw. *p. 8. nu. 134.* Vultej. *d. c. 11. n. 36.* Borch. *cap. 8. num. 156.* (*b*) *tit. 24. verſ. ſi verò non in Dominum. tit. 37. in pr. lib. 2. F.* Borch. *c. 8. nu. 102.* Schneidvv. *p. 8. nu. 15[illegible] & 159.* Duar. *c. 15. n. 1.* Weſenb. *c. 15.* Sonsbec. *p. 12. nu. 52. & ſeqq.* Quod ad quodvis parricidium extendendum videtur, ut vaſallus ex propoſito parricidium committens indiſtinctè, ſive id faciat totius feudi aut hæreditatis conſequendæ gratia, ſive ob cauſam aliquam aliam, feudum amittat. Vultej. *d. c. 11. nu. 34.* Curt. Jun. *de feud p. 4. num. 39.* Zaſ. *in tract. feud. p. 10. num. 67.* Schrad. *in tract. feud. p. 9. cap. 3. nu. 25.* Eſt enim hoc delictum grave, & ſævum in ſanguinem ipſius vaſalli commiſſum, de cujus atrocitate vid. Decian. *in tract. criminal. lib. 9. cap. 6. per tot. & cap. 10.* Ob ſimplex homicidium in alium commiſſum vaſallus feudo non privatur: unde ſi quis interfecerit fratrem Domini ſui, non ideo beneficium amittit. *c. 1. in pr. tit. 37. lib. 2. F.* Roſenth. *in ſynopſ. feud. cap. 10. concl. 36. n. 1.* (*c*) Rit-

terhuſ.

terhuſ. *part. feud. lib. 2. c. 5. quæſt. 120. 121. 122.* Zaſ. *p. 10. nu. 29.* Sonsb. *p. 12. n. 57.* Weſenb. *c. 15. num. 5.* Schneidvv. *p. 8. n. 158.* Borch. *cap. 8. nu. 105.* Schrad. *p. 9. c. 3. n. 1.* Roſenth. *d. cap. 10. concl. 37. nu. 1. & ſeqq.* (*d*) Quia tunc non ſolum homicidium committit, ſed Dominum vaſallo ſuo ſpoliat, & ſic illum in feudo ejus, vel reſpectu feudi lædit; Roſenth. *c. 10. concl. 36. n. 18.* Blanc. *lib. 2. c. 1.* Weſenb. *c. 5. n. 5.* Schrad. *p. 9. c. 3. n. 58.* Vultej. *d. cap. 11. n. 36.* Schurff. *conſ. 43. n. 3.*

IX.

Omittendo perpetratur felonia, quando debita ſervitia Vaſallus ſeniori præſtare recuſat, (*a*) Dominum in acie deſerit, (*b*) & quando grandem aliquam jacturam Domino imminere animadvertens, id non indicat, nec pro virili avertere ſtudeat. (*c*)

(*a*) *c. 1. tit. 21. lib. 1. F.* cum non ſit alia juſtior cauſa beneficii auferendi, quàm ſi id, propter quod beneficium datum fuerit, hoc ſervitium facere recuſaverit. *tit. 24. §. ſed non eſt alia. lib. 2. F.* Curt. Jun. *p. 4. n. 61.* Zaſ. *p. 7. n. 27. & p. 10. n. 18.* Sonsb. *p. 12. nu. 3.* VVeſenb. *c. 15. n. 7.* Duar. *c. 14. n. 12.* Borch. *cap. 8. n. 111.* Schneidvv. *p. 8. n. 16.* Schrad. *p. 9. c. 1. n. 4.* Vultej. *lib. 1. de feud. cap. 11. n. 21.* Ubi monet, hoc ita intelligendum, ſi Vaſallus ad ſervitium præſtandum vocatus fuerit; itemq́, ſi ſervitium præſtare ex juſta cauſa non impediatur, (*b*) *tit. 5. lib. 1. F. in pr. ibi: ſi dominus prælium campeſtre habuerit, & vaſallus eum morantem in ipſo prælio dimiſerit non mortuum, nec ad mortem vulneratum: feudum amittere debet. tit. 21. lib. 1. F. in fin. ibi: vel ſi in pugna ſuum Dominum dimiſerit tit. 24. §. item qui dominum. & tit. 57. ibi: ſeu in campeſtri bello ſuum Dominum reliquerit lib. 2. F.* Quam cauſam feudi amittendi juſtiſſimam eſſe dicit Borch. *c. 8. n. 86. & ſeq.* Sicuti & Dominus omne jus vaſallagij perdit, quando Vaſallum periclitantem, vel inſultatum ab inimicis derelinquat. Vultej. *de feud. lib. 1. c. 11. n. 52.* Nec excuſatur Vaſallus, etiamſi pœnitentia ductus, ſtatim in aciem revertatur. Sōsb. *p. 12. n. 14.* Curt. Jun. *p. 4. n. 12.* Vide Vultej. *d. c. 11. n. 22.* Schneidvv. *p. 8. n. 20.* Duar. *c. 14. n. 4.* Weſenb. *c. 15. n. 5.* Schrad. *p. 9. c. 1. nu. 4.* Roſenth. *in ſynopſ. feud.*

cap.10.concl.16.nu.1. (c) *tit.24.§.praeterea lib.2.F.* Vultej.*d.c.11.nu.47.* Borch.*c.8.n.106.* VVeſenb.*cap.15.n.7.* Duar. *cap.14.nu.10.* Sonsb.*p.12.n.15.* Blanc.*lib.2.c.1.n.15.* Curt. Jun.*p..4.n.59.* Schrad.*p.9.cap.4.n.41.* Roſenth.*d.c.10.concl.17.n.40.* Modo tamen facere potuerit, alioqui enim excuſandus foret. Schrad:*d.cap.4.n.43. verſ. ſimiliter Vaſallus* &c. Roſenth.*d.concl.17.n.41.*

X.

1 Item: ſi Dominum carceri incluſum, cum id ſciret & poſſet, non liberaverit, (*a*) Ei juſtitiam facere noluerit, (*b*) & intra tempus legitimum renovationem inveſtituræ non petierit. (*c*)

(*a*) *tit.24.lib.2.F. §. item ſi delator, ibi: vel ſi cognoverit Dominum incluſum, & eum cum poterit, non liberavit, feudum amittit.* Zaſ. *p.10.nu.63.* Borch.*c.8.n.113.& ſeq.* Schneidvv.*p.8.c.1.nu.76.* Mozz. *de feud. tit. fin.n.110.* Schr.*d.p.9.c.4.n.32.& laté.c.8.n.6.cũ ſeqq.* Jul. Clar. *lib. 4. ſent.§.feudum.quæſt.24.n.1.* Niſi dominus juſtè in carcere ſit, tunc enim vaſallus eum liberare aut eripere non tenetur. Vult. *d. c.11. n.48.* Jul.Clar.*d.quæſt.24.n.2.* Schrad.*d.p.9.c.8.n.8.* Boër. *deciſ.128. n.8.* Idem obtinet, ſi ob æs alienum detineatur: Roſenth. *d.c.10.concluſ. 20.nu.12.* (*b*) *tit.24.lib.2.feud. §.illud tamen. ibi; quod ſi quis ſuo domino juſtitiam facere noluerit, feudum quod tenebat, perdet.* Curt. Jun. *p.4.nu. 66.* Zaſ.*p.10.n.43.* Sonsb.*p.12.n.9.* Mozz.*de feud.tit.fin.n.105.* VVeſenb. *c.15.n.7.* Borch.*c.8.n.109.* Schneidvv.*p.8.c.1.n.68.* Schrader.*p.9.c.7.n.1. & ſeq.* Vult.*d.c.11.nu.24.* Clar. *in d.§.feud.quæſt.68.* (*c*) *tit.24.in pr.tit. 40.in pr.lib.2.F.* Roſenth.*d.c.10.concl.15.nu.6.* Myn.*c.5.obſ.9.nu.1.& 2.* Schrad.*in tract.feud.p.6.c.2.* Duar.*c.14.n.2.* VVeſenb.*c.15.n.7.* Sonsb. *p.12.n.3.* Schneidvv.*p.8.n.1.& ſeqq.* Borch.*c.8.n.4.& ſeq.* Vult. *d.cap. 11.n.23.* Videatur Henric. Bocer.*de Inveſt.feud.c.6.per tot.* Quod ſi quis Vaſallo ſuccedat, defunctum Vaſallum fuiſſe ignorans, aut Vaſallus ignoret Dominum defunctum eſſe, tunc ſi definito tempore inveſtituram non petat, ob ignorantiam illam facti excuſatur, & feudum non amittit. Quod in praxi diligenter ob-

ſervan-

ſervandum monet Gail. *lib. 2. obſerv. 48. n. 10.* Vid. Curt. Jun. *d. p. 4. num. 47.* Hartm. Hart. ab Epping. *pract. obſervat. tit. 54. obſ. 8. num. 2.* Mynſing. *d. obſerv. 9. num. 1.* VVeſenbec. *in tract. feud. cap. 8. num. 6.* Bocer. *d. cap. 6. num. 8.* Plura de Felonia addere, temporis anguſtia hâc vice prohibet.

Deo, à quo omnia, ſit gloria.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE